

re curatum in hunc demum p. suum h. i. d.
EPITOME

IVRIS CIVILIS CONSTAN

TINI HERMENOPOLI, A BER

nardo à Rey, I. V. D. fideliter

reddita, ac in Latinam

linguam con-

uersa.

Adiectis passim in margine Responsorum ac Con-
stitutionum capitibus, ex quibus Author suam Epi-
tomen compilavit.

*Adnotationibus compendiarijs singula capita illus-
trantibus, duobus Indicibus, Legum cupidos fasce
levantibus, adiectis.*



L. G. D. V. N. I.

APVD PAVLVM MIRALLIETVM,

SVE INSIGNI DIVI PAVLI.

M. D. XLIX.

Coll. Soc. I. N. S. V. Salm. ex dono Regum.

V. E. R. A.
Num. 42. cap. 2. num. 4.

effragitarunt. Cùm autem perfectum id esset, neminem vidi, cui
magis has ingenij nostri primitias dicare, quàm tibi, possem: qui
in negotio meo rogari passus non es, sed ult: ò operam, studium,
diligentiam, & obtulisti, & præstisti. Quare veterem in me,
meosque humanitatem libens agnosco, & facis tu quidem, non
meis meritis, quæ hæcenus nulla in te extiterunt, sed tua virtute
dignum, qui nullis à me provocatus officijs, tam prompto sis ani-
mo, vt beneficium accepisse videaris, cum præstiteris. Meum erit,
quod referre nequeo, perpetuò meminisse. Quid enim aut me
ostentem, qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam par-
tem videar tuorum meritorum assecutus. Sunt enim huiusmodi
tempora, vt & tuis in me meritis, & meo in te animo satisfacere
velim, magis, quàm possim. Vtinam mihi hanc concedant faculta-
tem superi, vt possim hunc animum tui ardentissimum re potius,
quàm verbis declarare. Nam quid ego multis verbis agam, an
passurus es? qui ne moneri quidem te passus es. Has ergo nostras
vigilias, & lucubrationes, in quibus etsi fortè plus laboris, & operæ
cōsumpserimus, quàm ingenij: tamè more maiorū, qui sua scripta
vel aliorum à se castigata, alicui splendidissimo viro nuncupant,
tibi dicandas censuimus: tum, vt amicitia, quæ inter nos modò ex-
orta est, hoc pacto, radices suas profundiores agat, adedò, vt haud
facillimè euelli possit: tum, quod plus authoritatis arbitrabar
hos libellos apud omnes habituros (quanquam ex se satis pro-
bati sint) si à te probarentur. Proinde eos ad te vnà cùm no-
stris laboribus misimus, vt pro tua prudentia iudicium
de his facias, nosque semper pro tuis intimis,
vt facis, habeas: æqui, boniq; omnia
consulas. Quod si te facere
sensero, ad maiora
animos nostros
incendes.

PROCHIRON

LEGVM QVOD HEXABI-

ELOS INSCRIBITVR.



DE LEGIBVS, DE CONSTI-

tutione Iudiciali, de libertatibus, item & de res-
stitutione. Liber primus.

DE LEGIBVS. TITVLVS I.

Iuris, & legis origo.



RISCIS temporibus post exa-
ctum Regium dominatum, res Ro-
manorum per Consules guberna-
bantur: ^a nam singulis annis crea-
bantur Consules duo, qui tam ea,
quæ ad negotia militaria, quàm quæ
ad officia ciuilia spectabāt, in suam

^a l. ij. §. exa-
ctis. ff. de ori-
gi. iur.

curam recipiebant: & ut manifestius ac succinctius dicam,
neque ulla adhuc extabant leges, neq; principes erant, neq;
scriptæ leges ullis certis libris custodiebantur. Primus
Appius Claudius unā cum alijs decem electis uiris, si quid
pro Iure apud Romanos obseruabatur, siue ex tacito po-
puli consensu, siue per lata lege introductum, temerè tamen
& confusè positum (extabant enim quedam sed sine ordi-
ne & finitis libris nō comprehensa) id in unum uelut acer-
uum contulit. Item Athenis Solonis & Draconis leges Ro-
mam transtulit, & alias ex alijs ciuitatibus conquisiuit. Ex
his omnibus summo cum delectu leges duodecim tabula-
rum undequaque absoluit. Deinde longo post tempore ui-
ri prudentes, quos inter potiores partes Caius occupabat,
alias legumlationes, actionumq; diuisiones adiecerunt. Hos
secuti diuersi Principes, Constitutiones prout cuiq; expedi-

a re exi

LVGDVNI,
EXCVDEBAT IOANNES PVLLON,
ALIAS DE TRIN, IMPENSIS
honestis. viri Pauli
Mirallieti.